
















1528

AVGVSTI NI NYPHI SVESSANI MEDI-CI AC ASTROLOGI EX cellentissimi de diebus Criticis seu, decretorijs aureus li-ber ad Vicentium Quirinũ pa-tritium Vene tũ.

Ad lectorem

Sydereos motus, morborum quiq; medelas
Callere, exacta cognitione cupis
Nyphi docta legas præsentia opuscula ad ũguẽ
Vtraq; qui mira sub breuitate docet



Augustini Nyphi Suessani de diebus Criticis ad Vicentium Quirinũ patritium Præfatio.



MPERITISsimę gẽtes herbas aliaq; prompta in auxilium uulnerũ morborumq; coniectantes, dierum nullam differentiã fecerunt, ueruntamen apud grecos aliquãto diligentius uetustissimus auctor Æsculapius medicinam excolens, dierum idiotropias differentiasq; obseruauit, quẽ, deinde eiusdem duo filij Podalirius uidelicet & Machaon, secuti decretorios dies ceperũt balbutire, post quos Pythagoras Empedocles, Democritus, eiusq; (ut quidã aiunt) discipulus Hippocrates Cous decretorios hosce non tantum obseruarunt, sed locupletarũt ac auxerunt, adijcientes indiciarios, Post hos Diocles, Charistius, Praxagoras, Chrysippus, Herophilus, Herasistratus decretorios & indiciarios profitentes, obseruarunt & prouocatorios, q̃s ἰδιοτροπία

nostri intercidentes uocitant, hos & Hippocrates nouit etiam, tam & si fere omnes hos dies sectentur, de eorũ causis non paruus est dissensus. Qui enim ex ipsa professione se empericos appellauerunt, ut Serapion, Apollonius, Glaucias & aliquãto post Heraclides Tarentinus talium discriminũ in diebus nullam attulerunt causam, sed sola obseruatione compertos fuisse, cũ quibus & Auerroes, Rhases, Auicẽna & Auẽzoarus, & si rationales, conuenere, nullam harum causam offerentes, nisi obseruationem, Asclepiades uero Themison, Hippocrates, Archigenes & Galenus, rationales horum causas enisi sunt adsignare. Quas astronomi auspicati sunt, & inter cęteros omnium mathematicorũ princeps Claudius Ptolęmeus. Videntes autem scriptorum discrimina ac dissensiones, uiam mediam sequimur, ante enim nos nemo mixtim de ijs prodijt. Nam de ijs astronomi rationibus cœlestibus tantum tradidere. Medici uero medicis obseruationibus. Nos autem obseruationes a medicis accipiẽtes rationes ab astronomis perquisiuimus, hinc opus mistum facimus, ut utriq; sectę indulgeamus. Diuisimus uero librum in quatuor, primus quidem de decretoriorum historia

ftoria inscribitur, secundus de decretorio-
rum causis, tertius de prognosticis per de
cretorios dies, quartus de medicamentorum
electione, ut uero facilius memoriae cōmen-
detur opus, more mathematico per enun-
tiata libros fariemus.

Augustini Nyphi de decretoriorum hystoria. Liber Primus

Enuntiatum primum

Decretum est morborum finis medi-
ante pugna inter uirtutem regiti-
uam, & humorem ad latus
salutis uel exitij con-
tingens.

CRisis nomen est græcum, quod de-
scendit a uerbo κρίνω græce, latine
decerno, uel separo, a quo etiam uer
bo critici dies dicti sunt, latine decretorij,
aut discretiui. Nam in omni duello tria
sunt, bellantes, iudex, & tempus, quo bel-
lantes a pugna seperantur. Est autem mor-
bus siue ægrotatio ut duellum quoddam,
in quo uirtus regitiua corporis nostri (siue
sit aīa, siue calor naturalis, siue quoduis

 aliud)

aliud)contra humorem certat,tempus uero, quo pugna hæc cessat ad latus salutis uel exitij, criticus hoc est decretorius dies nuncupatur. Iudex uero generalis est omnium auctor Deus, huic subminister, est medicus.

Enuntiatum secundum.

Lesiones humanorum corporum duæ sunt,altera quidem dicta ægritudo siue morbus,altera uero uitium.

LEsio humani corporis ea est,qua corpus ipsum in operatione sua naturali,uitali,uel animali,exercenda leditur Hæc autem triplex. Vna quidem connaturalis hoc est quæ a genitura e cælesti cõstitutione contrahitur,ut clauditium, cæcitas & cætera id genus. Hæc chaldaice,acema,latine(auctore Materno) uitium nuncupatur. Alia uero non connaturalis, sed sua diuturnitate habitus appellat̃, uti podagra, ęthica, tabes, cancer & conuulsio. in his quidem nulla expetenda est crisis,in prima quidem propter connaturalitatẽ, in secunda

in secūda uero ob diuturnitatem. Vtrisq; namq; in his pugna ablata est. Tertia aū-tem præter has, quoniam ex humore extero ac hostili perniciosoq; fit, morbus, siue ægrotatio uocatur. In hac crisis indicium & prouocatio obseruandæ sunt, quē uirtus ipsa aduersus humorem hostilem & conetur & pugnet, cuius duelli finis crisis, hoc est decretum a medicis nuncupatur.

Enuntiatum tertium.

Morbus quadruplex temperatione uidelicet unitate, & numero, & ex his oībus græci crases nostri tēperamenta, temperatiōesq; uocāt.

IVlius Maternus ubiq; mixturas appellat. Recentiores philosophi cōplexiones quod uerbum quo modo in hūc sensū receptum sit ignoro, est enim apud medicos inter mixturas & complexiones discrimen non paruum, quod etiam & græca nomina indicant, nam græce mixtura est mixtis, complexio uero crasis, est nāq; mixtura e formis ipsis elementorum cōtingēs

κρᾶσις
mixtio

 complexio

complexio uero e qualitatibus formarum Vbi igitur a rubra bile peccat temperatio morbus fit cholericus. Vbi uero ab atra bile, morbus est melancholicus. Vbi a sanguine, sanguineus, ubi a pituita, pituitosus efficitur morbus, & ita in cæteris id genus dicendum. Est præterea in animali secũda ualetudo ex membrorũ colligatione, huic aduersa ualetudo ẽ soluta colligatio, uti uulnera, ulcera, plagæ, & id genus, præter has ad hæc est & morbus numero, ut sextus digitus, aut lapis in uesica, gibbositas struma, & id genus, ex his omnibus fiunt apostases, in quibus adest aduersa tẽperatio, soluta colligatio, additio numeri.

ἀπόστασις defectio.

Enuntiatum quartum.

Morborum in temperatione Alij sunt humorales, alij quales tm̃.

HVmores (auctore Galeno) quatuor sunt, sanguis uidelicet, rubra bilis, hodie tamẽ in ore omnium est cholera, quæ apud Celsum est morbi genus. Atra bilis, quæ græce μελαγχολία nuncupatur. Pituita, que φλέγμα uocãt græce etiã, quotiens igĩt nostris in corporibus aliquis

aliquis horum quatuor peccauerit quali-
tate, seu quantitate, morbus est humoralis
uel (ut cæteri aiunt) materialis, ubi uero ca-
lor uel frigus tantum increuerit, non qui-
dem humoris causa. Morbus qualis effici-
tur, quem immaterialem medici uocitant
uelut in diaria febre, que effimera græce
dicitur.

Enuntiatum quintum.

Omnibus in morbis q humoris causa contingunt, rixa interuenit.

DVo sunt quę in corporibus nostris sibijnuicem aduersantur, uirtus ui-
delicet corporum regitiua, siue sit a-
nima, siue calor, siue animæ uis & potētia,
& humor nocuus. Illa corpus ipsum con-
seruare portendit. Hic corpus dirimere
pertentat, quo fit, ut omnibus in morbis
temperatione & humore contingentibus
pugna ac rixa fit, qua expleta, crisis hoc est
decretum spectetur, dixi tēperatione, qm̄
ipsis in morbis occasione unitatis crises
non uisuntur, nec in his, qui in numero cō-
tingunt, & ita morbis tantum ab humore
seu materia emergenibus crises seu decreta

obseruandæ sunt, diesq; critici animaduertendi.

Enuntiatum sextum

Morborum e materia contingentium Alij acuti, Alij obtusi, Alij longi, Alij breues, Alij cõuersiui.

ὀξύς

χρονικός

τροπικός

GRæci in tria genera (auctore Celso) diuisere morbos ut in oxes hoc est acutos. In chronicos hoc est longos. In tropicos hoc est ex acutis in chronicos conuersiuos, refert autem (teste Galeno) acutus morbus a breui, breues quidem qui cito uel tollunt hominem, uel ipso cito finiuntur, his longi aduersantur, sub quibus neq; sanitas in propinquo, neq; exitiũ est. In quibus sine intermissionibus accessiones & dolores graues urgent, acuti dñr, ubi lenti dolores, lẽtæ ue febres sunt, & spatia inter accessiones porriguntur, obtusi & longi.

longus cōpossibiles obtusus

cōpossibiles cōpossibiles

actus compossibiles breuis

ACuti quidē emergunt in nobis morbi, aut ratione subtilitatis humoris, ut cholerica febris est, uel caliditatis gratia, ueluti pluribus in sanguineis, aut ob humorum copiam, ut in conuulsione, aut ratione loci, uti in angina quæ synancha est siue synanchia, aut propter malitiā, uti in pestilentibus causis, his cōtrarijs, obtusi morbi contingunt. συνάγχη

Enuntiatum octauum

Acuti morbi non semper uno termino unoq; tempore desinunt.

VArios fines Galenus & Hippocrates dederūt acutis. Interdū enim eos in. 24. diebus desinere. Interdū in. 20

quãq; in.40.aliquando in.60.aliquando in 120.Diocles acutorum morborum finẽ eſſe in.21.die contendit.Archigenes.14.diem

Hipp. Galenus ſermones Hippocratis conſiderans.Inquit.Morbos acutos humorũ cauſã in.14.deſinere.Per accidens uero ut propter aſtantes,uel medicos, uel alias cauſas eos aſcendere in.20.diem concedit. Vltra hunc,tropicum fieri autumat uſq; in. 40. ultra uero hunc chronicum.Humores prę terea habent deſignatos ſuæ malitiæ fines rubra quidem bilis.14.diebus ſeuire ſolet. Increſcit autem ad acceſſionem quartam uſq;,conſiſtit uero una uel duabus acceſſionibus.Sãguis uno ſeptenario efferueſcit, interdum ad.11. aſſurgit, interdum ad.17. ubi ſanguis non putret, raro decurrit.4. diem,pituita(quomodo interpollet)eſtuat ad.64.diem.Inchoat in.18.diebus, increſcit in.20.conſiſtit in.10.declinat uero in reſiduo tempore.Vbi uero continuo putret .44:diebus deſinere ſolet,atra bilis offendit uno anno,quandoq; ad. 12.annum aſſurgit,neq; acuti igitur,neq; alij uno termino deſinunt.

Enuntiatum nonum.

Morborum alij diarij, alij hebdomadarij,alij

alij menstrui, alij annui.

NE tot contingunt confusiones, placet nobis morbos e materia emergentes diuidere penes tempus, quod uidelicet alij sunt diarij, ut qui infra diem apti sunt desinere, ut anginę, & neruorum resolutiones, & id genus, & hos perperacutos nostri crassiusculi medici uocant. Qui uero infra. 7. dies finiri cōsuere, hebdomadarij nuncupantur, a nostris peracuti, qui infra mensem ut. 14. die uel. 20. uel. 28. menstrui appellantur. Qui demum infra annum, annui.

Enuntiatum decimum.

Morborum alij per dies, alij per menses, alij per annos dinumerantur.

SVnt enim morborum quidam, quorum crises per dies, alij per menses, alij per annos uisuntur, unde Hippocrates inquit. Plurimi uero effectus puerilis ætatis iudicantur, siue finiuntur aut intra. 40. diem, aut intra. 7. mensem, aut intra. 7. annū, aut quom ad pubertatem itur. Qui autem

perdurauerint

perdurauerint, nec solui poterunt, pube-
scenti aut fœmine, quom menstrua erum-
punt, hij consenescere assolēt. Morborum
per dies crisis in. 120. dies assurgere assolēt.
In quibus sunt & quatterni septenarij, ter-
ni & uigenarij, similiter & qui per menses
desinunt, ut in febre quartana, & qui per
annos similiter. Animaduersione dignum
non tantum morbos certis et designatis p-
fici finibus, sed & generationes & partus.
Inquit enim Aristoteles de hystoria anima
lium lib. 5. cap. 20. Tempus generationis
principio ad finem maxime fere parti sep-
tenarijs, ternis describitur, aut quaternis.
Culicum et uermiformis generis parti plu
rimæ, ter septeni attributi sunt, ouiparis
quater septeni magna ex parte, septem ex
ijs ab initu concreatio & consumatio oui
uendicat sibi Reliquis tribus septenis incu
bant atq; excludunt, ea silicet quæ suo pro
creant fœtu, ut araneus, aut aliquid generis
eiusdem, mutationes uero & transitus in
figuras alias trinis aut quadrinis diebus,
parti maximę peraguntur, sicut in morbis
quoq; dies decretorius euenit, talis insecto
rum generatio est. Ad hæc & uirilitas in
uiris, & uiri potentia in fœminis designa
tis temporibus uisuntur. Inquit. n. Aristo:
Semen

Semen autem fere incipit circiter annos bis septem, sed uim genitalem recipit circa annos ter septem, hō mas ad annum usq; septuagesimum, uidelicet termino ultimo potest generare, fœmina uero usq; ad quinquagesimum, uerum id raro, paucis enim proles in eo ætatis anno procreata, est, sed magna ex parte maribus quintus & sexagesimus finis pergenerandi est. Fœminis quintus & quadragesimus, & in cæteris animalibus idem declarat Aristo. De partu uero, licet (auctore Plinio cap. lib. 7.) cæteris animalibus statutum & pariendi & partus egerendi tempus sit, hō uero incerto gignatur spatio, tamen sæpicule uitales partus. 7. 9. 11. & . 14. mensibus fieri assolent, ante. 7. mensem haud nunq; uitalis est. Septimo non nisi pridie, postero ue plenilunij die, aut interlunio concepti nascuntur. translatum est in Ægipto octauo gigni. Vestilia quatuor partus enixa semper octauo mense genuit. Suillum ruffum. 11. Corbulonem. 7. Cesoniam Caij principis coniugem octauo. L. Papirius. 14. mense orit, quam ob causam partum aiunt naturales philosophi crisem esse impregnationis. Spatia etiam uitæ designatis temporibus præfigi aiunt, non solum in hominibus

ipsis

ipsis, ut Aristoteles est auctor, sed animantibus in cæteris, quod quom longum sit pertractari, nunc omittimus. Solent uero nostri ambigere, an partus sit impraegnationis crisis. Hac in re nostri contendunt. Quidam namq; impraegnationem nō esse morbum asseuerantes, partum esse illius crisim abnegant, qui contrarium sentiūt, argumento mouentur, q̄ designato tēpore contingit. Recentiores aiūt omni in crisi tria esse pernecessaria e parte cœli, aspectus syderalis est e parte inferiori, uirtus regitiua humorem nocuum expellens, et humor ipse stimulans, ac prouocans. Hæc tria ipsa impraegnatione reperiri conspicitur, adest cœli aspectus, quia non nisi dum luna uenerit ad signum, quod emergebat in cōceptione, ipsoq; signo horoscopante quod tenuit ipsa in cōceptione, ut Hermes ac Ptolomeus sunt auctores, adest etiam ipsius fœtus motus prouocatorius, qui cōtinuo se æditioni præparat, ad hæc & uirtus mulieris fœtus ipsius expulsiua, plures namq; alterationes in utero ipso experiūtur, prima nāq; qua e forma ipsa seminis in fœtus speciem euertitur, secunda est qua excluditur e ligamentis ipsis, tertia est partus ipse. Possunt & aliæ annotari, sed hæ

satis,

satis, & quoniam (ut diximus) omnes crises uel per dies, uel per menses, uel per annos contingere solent, partus per menses est obseruandus, inde fœtus uel. 7. uel. 9. 11. uel. 14. æditur, hi namq; decretorij nuncupantur. ut Aristo. sentit. Sed contra hæc assurgunt, nam si partus est impræg natio nis decretum. Ipsa imprægnatio erit & res præter naturam mulieris, & ita morbus. Ad hæc quod non est contra naturam, nõ expellitur a uirtute naturali. Nos dicere possumus aliquod esse generi naturale. qđ speciei non est naturale, omnibus enim animãtibus naturale est generare, & ita impleri, mulieri uero in eo ꝙ homo est non naturale, his adamussim pensitatis, perspicuum est quibus in morbis crises animaduertendæ sunt. Nã solum in morbis e materia ipsa humorali pendentibus crises perquirendæ, siue obtusi, siue longi, siue breues, siue diarij, siue hebdomadarij, siue mẽstrui, siue annuarij, siue per dies, siue ꝑ mẽses, siue per annos obseruantur tempora, omnibus enim in his rixa, cõtentio, ac certamen interueniunt.

Obiectio

R

Enuntiatum undecimum.

¶Dierum alij decretorij, alij iudicia-
rij, alij prouocatorij, alij uacui.
Mensium annorum etiam
alij decretorij, alij iu-
diciarij, alij ꝑuo-
catorij, alij
uacui.

INterdum dies pro peragratione latio-
neq; solis supra alicuius regionis orizō-
ta accipi consueuit, quem nostri artifici-
alem uocant. Hic tum propter regionum
discrimina, tum propter paralellorum ua-
riationes, neq; quando æqualis est, neq; a-
licubi, uerum crassiuscula quadam æqua-
tione, qua uti solent cælestium rerum scri-
ptores, in annos bis dies huius nocti ęqua-
tur, dum uidelicet sol caput arietis & librę
tenet. Interdum pro primi mobilis conuer-
sione cum tanta quoq; intercapedine, quā-
ta sol contra motum suum peculiarem ab
oriente in occasum, rursus in ortum uer-
sus est, hunc naturalem uocant, nec hic æ-
qualis est propter causas Ptolemæi in ma-
gnæ constructionis libro. Interdum pro
die medicinali accipit, q spatio. 23. horarū
cum

cum una.14.parte horę continetur, ex diebus huius mensis medicinalis conficitur. Nũc sumatur in nostro enuntiato pro die naturali, postmodum dicemus speciatim aliẽ, quid annus sit, quis ue mensis & quot accipi soleat modis, posterius perquiremus. Sũt uero decretorij dies, ut exemplis utar in uno uigenario.7.14 &.20. indiciarij. 4. ad septimum.11. ad decimumquartum. 17. ad uigesimum, prouocatorij uero morbis in his qui impari motu currũt, omnes terni, ut.3.5.9.13.15.&.19. qui uero neutri horũ sunt, uacui appellentur. Simili ratione in cæteris uigenarijs in.120. dies isq; obseruari potest, ut nunc in primo seruauimus, licet sit discrimen quodam eo quod ut dicimus uirtutes dierum, sunt imbecillæ tanto infirmiores, quanto a primo uigenario remotiores.

Enuntiatum duodecimum.

Decretorius dies tempus ipsum est, quo uirtus nostrorum corporum regitiua per humorum nocui perspicuam expulsionẽ certamine dimoueri solet frequentius.

QVia frequentius .7. in die .14. ac .20. ad salutem aut mortem conflictus uirtutis & humoris desinere solet, aliqua (ut dici solet) expulsione, uel occupatione interueniente, idcirco hos Hippocrates decretorios esse prodijt, ceteris uero in diebus, et si eiusmodi expulsiones interdũ uisuntur, quom res hęc, nec semper, nec frequenter contingat, decretorij non sunt appellati. Sed ambigunt, nam interdum nulla perspicua euacuatione contingenti uirtus occulte, & (ut ita loquar) insensibiliter morbum fugat, hæc (ut uides) crisis est, & tamen non perspicuam per euacuationẽ. Galenus in eo libro quem de criticis inscripsit inquit. Ægrorum corporum duplex solet fieri permutatio, utpote uel ad salutẽ uel ad exitium. Siquidem ad ualitudinem aut per euacuationem perspicuam subito, & hanc græci cõmodissimo uerbo crisim uocant, nostri decretum, aut subito quidẽ sed non mox ex toto conualescere ægrotum, & hanc crisim imperfectam nũcupat Galenus, tertia autem ęgrotus occulte nulla interueniente euacuatione manifesta in ualitudinem ascẽdit, sed eoipso ꝙ humor nocuus in exhalationes fumos ac uapores exoluitur, & ꝑ corporis porulos euanescit

&

& hæc sanatio appellatur, seu ut magis cō-ualescentia. Vbi uero permutatio ad exi-tium sit, aut ægrotus aliqua perspicua pul-siōe, siue apostase ad exitum labitur, & hęc obnoxia & pernitiosa crisis perfecte nun-cupatur, aut cum apostase uel euacuatiōe imbęcilli, & hosce exitiū imperfectum est. aut ad exitium per occultam calidi resolu-tionem ac spirituum euanescētiam, & hęc arefactio, est aut ad exitium nullo horum contingenti, & hæc suffocatio appellatur, ijs perspectis perspicuum est. Quis dies decretorius obseruari debeat, quę ue crisis Simili ratione hora decretoria, menses, & annus decretorij definiri possunt, ut obser-uanti omisimus.

Enuntiatum decimumtertium.

Indiciarius est tempus, quo exitij uel secunde ualitudinis notę utplu-rimum uisitari solent, ac præliambulum in-surgere.

TRes (ut medici testantur) notæ sunt exitij uel ualitudinis hoc est boni, uel pernitiosi decreti, quæ indiciario die

 emergere

emergere solent, humoris nocui alteratio, perspicua quidem concoctio, aut ut alij discunt digestio, quae sedimine bono decernitur, exitiosa uero huic contraria liuor, misturę turbulentia, & id genus. Secunda, est Victorie indicium, uel exitij, ut uirtutis facilitas, ac addictio uiriũ, motus agilitas, ac promptitudo, cõtrarie ijs sunt exitij, sũt exitij notae & indicia, tertia est pręliambulum, quod inter humorem nocuum & uirtutem incipit, ut dolores graues, angustiae pectoris, labor, tremor, lenis sudor, ac lenis euacuatio. Haec enim ut praeliambulum pugnae in die decretorio aduenięde habẽt quotiens igitur tres hae notae uno reperięntur in die eum indiciarium, siue praeliambulatorium faciunt, hinc .4. indiciarius ac pręliambulatorius est. 7. 11. uero. 14. 17. uero . 20. nam ubi praelium fiet in .7. praeliãbulum expectandum est in. 4 . ubi in. 14. praeliambulum in. 11. ubi in. 20. & in. 17. praeliãbulum perficietur, haec in uno uigenario obseruanda sunt, simili ratione in caeteris in. 120. usq; dies.

Enuntiatum decimumquartum.

Prouocatorius est, tẽpus quo humor nocuus uirtutẽ ad pugnã, ꝓuocat.

Humor

HVmor interdum sua idiotropia cõtra uirtutem accessione impari assurgit, ut rubra bilis omni terno. Interdum omni die ut pituita. Interdum omni quaterno ut atra bilis, prouocatorius igitur in rubra bili est omnis ternus, in pituita, omnis dies, in atra bili, omnis quaternus. Sanguis uero nullo horum numero æstuat. Horum dierum Hippocrates meminit. .Sudores febricitanti, si statim inceperit, boni, & tertio die, & quinto, et septimo & nono, & undecimo, & quartodecimo, & reliqua. Dum enim uirt⁹ ipsa, humorq́; ipse nocuus, ad præliambulum assurgunt aliquid humoris, sudore, mictura, aut excrementis pellitur, uel contra quicq́; uirtutis imminuitur, obq́; etiam non inconcinne a nostris intercedentes nuncupari assuere, ab antiquis (auctore Ceso) crisimi.

Nam sæpicule ĳs in diebus crisis perfici solet, ĳs de causis, aut ꝙ humor sit nimis furibundus, ac incendens, aut ꝙ humor paucus est nimisq́; beneficus, inde retardatur decretum, non ad decretorium diem, sed ad prouocatorium, aut ꝙ prouocatorius est ut affinis (teste Galeno) ipsi decretorio, aut ꝙ aliquo eorum contingere potest bona cœli constitutio unde uirtus

unde uirtus adiuta potest nocuum humorem dirimere, quis decretorius, quis ue indiciarius, quis & prouocatorius, perspicuum sit in tantum

Enuntiatum decimumquintũ
Contingit interdum dies hosce inuicẽ commutari, alternasq; uices inuicem subire.

QVi prouocatorius est, effici potest decretorius quatuor dictis causis ut dixi Gal. contra etiam decretorius uicem prouocatorij subire potest, est enim .7 ad .2. prouocatorius. Ad hęc .11. effici potest decretorius, ut propter cœlestem constitutionem, & propter humoris cõtra uirtutem instigationem. Quod igitur naturale est alicui, potest accidentibus euerti ut scribunt naturales,

Enuntiatum decimumsextum.

Dies quartus septimi indiciarius est, octauus principium alterius septenarij exoritur, undecimũ

etiam

etiam considerãdus est, quartus enim secundi septenarij est, itemq; decimusseptimus obseruandus, quartus enim a quartodecimo, & septimus ab undecimo.

VNo in uigenario dies tres sunt decretorij ut. 7. 14. & uigesimus, tresq; indiciarij quartus. 11. & 17. prouocatorij omnes impares, & quantum omnis septenarius octo costare debet diebus uno modo, alia ratione ex septem. Iunxerunt Hippocrates & Galenus omnes iudiciarios enumerandos fore a medico replicatione, & inde quartus est a primo, primus uero secundi quaterni usq; in. 7. hinc septimus est & octauus, nam replicato quarto, is ut duo capietur. Ad hæc omni in uigenario secundus septenarius, decretorius enumerandus est ut duo ut. 14. pro fine secundi septenarij & pro principio tertij, & inde uigesimus ut. 21. habent. Septimus aũt & . 20. integre enumerandi sunt. Nam

 octauus

octauus secundi septenarÿ caput est, ut 21a primi septenarÿ in secũdo uigenario, oẽs is tẽ terni ꝓuocatorÿ simili ratiõe replicatiõe inter se cõsiderãdi numerãdiq; sunt, nõ enĩ esset qntus ternus a tertio nisi terti9, ut duo habeat. Indiciarius iccirco enumerãdus est replicatiõe ut sit dimidiũ totius septenarÿ Tũ ut septenarius octonarÿ uicẽ subeat, de cretorios aũt, primũ et ultimũ integre 14. re plicatione dinumerare opus est, ut. 20. dies uicem subeat. 21. licet a rebus Archigenes omnes hosce integre computari iussit. As niaduersione dignũ Galenum enumerasse in morbis dies usq; ad. 120. deide. ꝑcipit nõ dies, sed menses obseruari usq; ad. 48. post hos nõ mẽses ipsis in morbis aiaduertit sed annos Nã in morbis primis dieb9 adest in gẽs cõflictus ob humoris ac uirtutis pollẽs tiam, inde quom imbecilla uirtus fit, rema net in mensibus decretoria uis, post uero menses, quom continuo imminuendo ꝓs cedat, uis decretoria in annis obseruatur. Simili ratione in uigenarÿs dierum obser uari iubet. Nã primo in uigenario ob uir tutis pollentiam animaduertendi sunt sep tenarÿ, & quaterni, et terni, omnibus enim in his primo in uigenario crises fieri assolẽt eo ꝙ nondum uirtus imminuta est, post primum in quadragesimum usq; secũdo,

uidelicet in uigenario, obseruandi sunt, tum septenarij, tum quaterni, eo quod adhuc uires adsunt. Tertio in uigenario usque in .60. uires decretorie obseruandæ, sunt in septenarijs, quom plus e principio uirtus ipsa deficiat. Cæteris uero, in uigenarijs, usque in .120. uigenarij sunt perquirendi. Nam solum in his crises uisuntur, quom uirtus sit & plus etiam imbecilla, post hos menses obseruandi sunt, non secus ut dies post menses, anni animaduertendi similique ratione obseruandi. Est præterea aliud attentione dignum, horas dierum non eadē ratione colligēdas omnibus in diebus primi uigenarij. Nam in primo quarto attendendę sunt nouem primæ horæ. Sūt enim in præliam bulo pollentiores. Secundi uero quarti hoc est. 11. primæ tres horæ sunt animaduertendæ. Nam obseruatione cognitum est eas esse concitatiores. Tertij uero quarti hoc est. 17. primæ. 21. horæ sunt perquirendæ, eo quod obseruatio docet eas esse grauiores, ac seuiores. Simili ratione in septenarijs. Nam in primo. 7. primæ. 17. considerādę, in secūdo. 7. hoc est in. 14. primæ .11. Tertio in septenario hoc est in .20. primæ similiter. 17. sunt diligenter perquirendæ, rem hanc obseruatio medicorum docuit, sed cœlestium rerum scriptores aiūt

hoc ẽẽ,eo ꝙ luna ĳs in horis peruenit uel ad quadrarum cardines, uel semiquadra rum, qua in re luna pollentior ac fortior habetur, sed an res sic se habeat, parum me dicis confert, satis sit eis obseruationem id iudicasse, opus est etiam aniaduersione in cæteris uigenarĳs, nam horæ non simili ra tione colligendæ. Secũdo enim in uigena rio ubi quaterni & septenarĳ tantum ob seruantur, horæ duæ sunt minuendæ, tum a quaternis, tum a septenarĳs. Tertio uero in uigenario, ubi septenarĳ tantum consi derantur, quatuor horę imminuendæ ubi in cæteris obseruantur uigenarĳ, sunt sex demendę, uerbi causa primo in septenerio primi uigenarĳ. 17. horæ erant obseruãdæ in primo septenario secundi uigenarĳ. 15. horæ tantum sunt pollentes, & ita in qua ternis cęterisq; septenarĳs ac uigenarĳs ob seruetur, rei huius rationem afferunt, eo ꝙ uirtus continuo imminuendo procedit. ut diximus. Curiosa igitur medicorum inquisitio usq; in tãtum & de diebus & de horis obseruationibus diuturnis assurgit, est etiam attentione dignum non simili ra tione in continuis, & intercisis morbis di es fore enumerandos. Nã in morbis per petuis ac continuis dies enumerantur, &

ita quartus iudiciarius est.7. Septimus ꝟo decretorius, ĩ quo cõtinuis in morbis desinere solet febris, ipsis uero in morbis interpolatis obseruãtur accessiones, & ita quarta accessio in primo septimo consideranda est, septima uero in.13. die, in quo desinere solet. Se habet autem septimus dies in quo quarta assurget accessio ad.13. ut quartus in continuis ad.17. Celsus.3. suæ medicinæ libro argumentis Asclepiadis contra. Hippocratem insurgit, ostendens obseruationem hanc uariam esse, neq̧ ullo in die, qa par, imparue esset, his maius uel minus periculum esse dixit, primo ꝙ interdum peiores dies pares fiũt, secũdo quia nonnũq̧ in ipso morbo, dierum ratio mutatur, fitq̧ grauior, qui remissior esse consueuerat. 3. ꝙ ipse.14. par est, in quo magnam uim antiqui fatebantur. 4. quom octauum primi naturam habere secundi septenarij contendant, nam ab eo secundus septenarius numerus inciperet, cur.10. ac.12. non acceperunt tanq̧ potentiores, quom ab octauo. 10. sit tertius, a.10. tertius est.12. propter hęc & aliqua alia. Inquit medici non dies numerare debere, sed ipsas accessiones intueri & ex his coniectare crises, & quãdo cibus dandus, quandoq̧ medicina, sed hęc pace

Celsi

Celsi medicinam non sapiunt. Nam enũ-
tiata medica non in omnibus uera esse o-
portet, sed ut in pluribus, quecunq; enim
Hippocra. & Gale. de diebuus scripserunt,
obseruatio frequens adinuenit, quæ sunt
autem ut frequentius uera, possunt ut raro
impediri, efficiq; falsa, q̄ igitur pares sint
interdum peiores, id est interdum nõ fre-
quentius, simili ratione raro dierum ratio
mutatur, frequẽtius uero est eadem. 14. prę-
terea est par uno modo, altero uero, impar
pro quanto replicationem & horas ipsius
.12. continet, etiam & si octauus primus sit
secundi septenarĳ ratio ternorum a. 7. enu-
meranda est, idcirco. 9. est ternus a. 7. 11. a no
no. 13. ab. 11. 15. a. 13. 17. a. 15. 19. a. 17. unũ tamen
est dubitatione dignum, q̄ Gale. enumerã
do dies, eos computat una hora minus, qđ
dissonũ uidetur astronomis, & ipsis medi
cis obscenum, astronomis quidem. Nam
lunę motus eiusq; peragratio per. 12. signa
irregularis est. Medicis uero, q̄ primis in
diebus, morbo uidelicet increscente, acces
sio anticipat plus una hora, ipsoq; consistẽ
te, nulla fit accessionum, antecessio ipso im-
minuente accessionum fit postpositio. In-
de dies medicinalis, ubi incremento mor-
bi una hora anticipare uidet, in cõsistentia
cõsistere

consistere, in imminutionesq; postponere uidebit, & ita non per dierum obseruationem, sed per accessiones dies animaduertendi sunt. Tum.n.dies est, quo accessio fit quare ab accessione dies obseruandus, nõ a numero, rem hanc posterius diligentius perquiremus, nunc uero satis sit locũ mõstrasse difficultatemq; aperuisse.

Enunciatum decimũseptimum.

Humoris nocui euacuatio, conuenie͂tes per regiones medici auxilio decretũ est medicinale. Te͂pus ꝑo quo medicus sui auxilio humore͂ euacuat medicinalis decretorius est dies.

DVplex decretorius a medicis colligi cõsueuit, alter quo spõte sua, nulloq; medici auxilio humor obnoxi9 a natura ipsa euacuat, ad mœniaq; toti9 corpis uł extra educit, hũc natura ac idiotropia decretoriũ faciũt, alter q̃ natura ipsa spõte sua nihil educeret, uerũ beneficentia ac medici auxilio re͂ nocuã naturãq; hostile͂ fugat, hũc medicinale͂ decretoriũ facimus, queadmodũ enim in decreto naturali tria cõcurrunt uirt9 ipsa, materię nocuę ꝓuocatio, ac cœli cõstitutio, ita ad hoc medicinale decretũ,

concurrit

concurrit primo uirtus ipsa, nam natura sola illa sanat, adest materiæ nocuæ prouocatio, quæ auxilio medici, quouis inducit ita enim pharmacon uirtutem prouocat, ut in die natura decretorio humor, opus est etiã in pharmacis cæterisq; auxilijs medicorum, ut cœlestis constitutio obseruet, ut dicemus, est autem corporis auxilium (auctore Celso) aut demens aliquam materiam, aut adijciẽs aut euocãs, aut reprimẽs, aut refrigerans, aut calefaciens, simulq; aut durat aut mollit, demitur materia, sanguis detractione cucurbicula deiectione, uomitu, frictione, pestatione, omniq; exercitatione, corporis abstinentia, sudore. Quidam autem medicinæ peritissimi sanguinis detractionem inter medicinales crises nõ dinumerant, qua e re pręcipiunt sanguinem esse detrahendum omni die omniq; hora, dum surgat necessitas. Auicenna autem & Gale. medicinæ auctores non ignari aiunt sanguinis detractionem calefacere etiam bilem, pituitam frigefacere, idcirco ubi curatio pernecessaria non fuerit, obseruare iubent diem & horam, & mitiores, frequent nos pleureticũ minui ũximus. 7. ipso in die, & mox penitus ab apostase & febre cõualuit, erat enim coacta curatio.

Enuntiatũ

Enuntiatum decimū octauum.

Dies omnes superuacui sunt medicinaliter decretorij.

SVperuacui dies uno in uigenario ij sunt, qui nec prouocatorij, nec indiciarij, nec decretorij sunt, ut in cholericis, .2.6.8.10.12.16.18. hi enim omnes idcirco superuacui sunt, quom omni careant naturalitate, nec enim prouocant, nec indicant, nec decernunt. Sunt autem medicinaliter decretorij, quia in quolibet eorum medicus potest naturę auxilium suum prębere, alijs non aduersantibus. Simili ratione cęteris in uigenarijs colligi possunt ac diligē ter animaduerti. Non desunt qui uelit medicinales decretorios hos ipsos esse, q̄ naturales, argumento q̄ medicus est naturæ fauissor, quom igitur die naturaliter decretorio natura ipsa moueat, ergo & ipso eodem die medicus motum iubere debet, ad de q̄ humor nocuus facilius dū est in motu educitur, q̄ dum quiescit, est autem in motu die ipso naturaliter decretorio, igit eo die erit illius conueniētior eductio. Galenus, Hippocrates, & cæteri medici græci & itali iubent dies decretorium indiciariū

ac prouocatorium esse obseruandos, in superuacuis uero aluum esse educendam. Nam quom pharmacon laborem præster et quoduis aliud medici auxilium, dies etiã ipse decretorius dolores increscat, opus est ut die decretorio medicus sileat, ne dolores doloribus addat, duas simul ingrauescentias iniungat. Maurus, & Arnaldus & multi nostri medicinæ scriptores aiunt in morbis paribus, ut in pituosis & melãcholicis omni die aluum esse mouendam. In pituosis constat, quia omnis dies ingrauescens est, melãcholicus uero humor. quom sit grauis, inagilis, ac durus, die motus humoris educendus esset, & quod plus, hora interlunĳ uł plenilunĳ, eo ꝙ maior tũc humorꝝ mot9, uerũ hęc res cõsideratiõe eget.

Enunciatum decimũ nonum.

Dierũ medicinaliter decretoriorũ primus est .8. post hunc .10. post hunc.26. post hũc.12. post hũc.18. post hũc.6. ultimus horũ scď's est

SVperuacuos dies diximus eẽ medicinaliter decretorios nullosq; in eis eẽ indiciarios, siue ꝓuocatorios, uerꝝ aliqui

magna

magna sua parte natura sunt boni ad eductionem, aliqui minus. Omniũ aptissimus est octauus, primo q̄ uirtus nondum imminuta est, materiaq; nocua nondum mitescit. Secundo q̄ raro post. 7. perfectũ uisum est naturæ decretum, qua e re opus est ut quicq̃ auxilij naturæ efferatur, quod e materia ipsa quicq̃ subtrahatur. Tertio q̄ eo die magna ex parte humor nocuus cõquoctus est. Tria sunt quæ impedire possunt medici auxilium. Primũ est ut nihil natura ipsa fecerit septimo ipso die. Nam interdum natura crises inijciat, quas deinde die prouocatoria pficit, qua e re medio tempore sileat medicus. Secundum ut notæ pollentis rixæ in subsequentibus cõtingentis non adsint. Tũc enim octauus est uti noni tyrandus Tertium ut auxilium sit non coactum, nonq; uiolentum, ubi nãq; necessitas urgeret, dierũ nulla est habenda cura, uerum laudo ut nunq̃ omni ex parte aluus educat̃, semper enim ipsi naturę qcq̃ relinquendum. Difficile enim fortasse est medico quantitatem materiæ nocuæ cognoscere, post hunc decimus est secundo loco aptus eductioni, est enim decimus aptior sexto, nam sextus est septimo proximus. Illiusq; frequentissime tyrandus, est

item secundo promptior, raro enim secundo die materia ipsa concocta est, & duodecimo etiam melior. Nam duodecimus est decimotertio proximus, qui maximus est, est decimosexto pronior quom eo die uirtus imbellior sit, simili ratiōe & decimo octauo melior. Post hunc est decimussextus propter similes rationes, post hunc simili ratione.12.est, post hunc decimusoctauus eadem ratione, & in cæteris simili ratione dicendum, ut uero primo in uigenario superuacui dies se habent, & in cæteris credēdum. Iam erratum medicorum nostrorū nunc patet, ante enim septimum raro educendum est, nec in quarto, nec in sexto aluus educenda, liquanda tamen esset, & in quarto magis, & subtrahendum etiam quicq̄, unde Hippo. inquit Ea quorū crisis sit, quorumq; facta est, æqualiter neq; mouere, neq; motu quicq̄ agere, neq; pharmacis uti, neq; aliis prouocationibus, sed opus est sinere. Vbi tamen in septimo nulla futuræ crisis spes adsit, aliquid materiæ in quarto subtrahere confert. Post septimū quom raro omni ex parte crisis spectetur, educere bonum est, seruatis (ut diximus) cæteris quæ auxiliū medici impedire possunt. Hæc tamen intellige, si inchoantibus morbis,

morbis, nihil esse mouendum uidetur, ut Hipp. inquit, nam ubi materiæ furiositate mouendum esse quicq̃ uideretur, inchoãtibus morbis mouere quicq̃ debem9, quare non ab ratione iuniores dicunt hæc nõ cura coacta, sed regulari esse intelligenda.

Enuntiatum uigesimum.

Rubræ bilis circuitus ad horam sexagesimam est, atræ bilis ad nonagesimã sextam, pituitæ ad quadragesimã secundã, rubræ bilis autẽ accessio ad quadragesimãoctauã, pituitę ad uigesimã quartã, atrę bilis ad septuagesimam secundam.

QVod græci periodum nostri circuitum uocant, est autem circuitus ex duabus accessionibus unaq; quiete media cõpositus, qđ uero græci ποξισμũ nostri accessionem appellant, est autem ac-

 cessio

accessio una pars circuitus. In rubra bile accessio 12. perdurat horis, quies uero. 36. qua e re circuitus rubræ bilis spatio. 60. horarum cõtinetur. In atra bile accessio. 24. producitur horis, quies. 48. totus igitur circuitus, spatio 96. continebitur. In pituita accessio. 18. horis quies ui perdurant. Igitur circuitus spatio 42. habebitur, sanguis uero nec circuitum nec accessiõem habet, unde uero sint hæc, obseruatio docuit medicos, astronomi uero cælestes formas cõsiderantes, causam adinuenerunt, ut posterius dicemus.

Exemplum.

18

6

18
pituita

lía ra is
24 48 24 Me cho 36 is

sang.

oo

Enuntiatũ

Enunciatũ uigesimũprimũ.

Vere sanguis increscit, æstate rubra bilis, autunno atra bilis, hyeme pituita. Itemq; prima diei naturalis parte, sanguis increscit. Scd'a rubra bilis. Tertia atra bilis. Quarta pituita.

QVemadmodum sunt quattuor anni tempora, uer uidelicet, æstas, autumnus, & hyems, æstas calida sicca rubræ bili, autumnus siccus, frigidus, atræ bili, hyems frigida, humida, pituitæ similis, ita naturalis dies, q̃ spatio uigintiquatuor horarũ cõtinet, quater sectus quatuor partes cõtinet, tẽporibus quatuor anni cõuenientes, unde primis sex horis ab ortu solis, increscit sanguis, est enim tempus illud diei cõueniens ueri, secundis sex increscit rubra bilis. Nam ęstati conuenit, tertijs sex atra bilis, q̃ autumno. ultimis sex, pituita; q̃ hyemi, inde sol rursus exoritur.

Enũtiatum uigesimumsecundũ

Læsum esse consuetis in operibus primo indiuiduo in tempore aptũ sensibilibus notis apprehẽdi, est aduersę ualitudinis principium.

SOphistæ aduersæ ualitudinis negant primum, nam quom ęgrotatio sit alteratio quędam, & motus, sit autem sexto ascultationis physicę traditũ, nullius motus esse primum accipiendum, & ægrotationis etiam primum negarunt, cuius snię Xeno clates fuit. Aliȷ̃ fatentes id esse primũ quod aptum est nobis sensibilibus notis primo apparere, dixerunt præuiam morbi fractiõem, quam Arabes alimelileru uocant esse ægrotationis initium. Aliȷ̃ primã horam qua ægrotus decũbit. Deficiunt autem isti omnes. Primi quidem, nam (auctore Gale.) sensib⁹ innixus, id morbi principium capiet, quod suis a sẽsibus indiciȷs & notis sensibilibus aptum est sentiri. Tale autem est læsum esse consuetis in operibus, primo indiuiduo in tempore. Secundi etiam deficiũt, qđ nõ est iam principiũ, quod non est prima rei pars, fractio autem

præuia,

præuia, nec morbus est, nec morbi pars. Tertij etiam, nã corpore & uiribus robustus pluribus diebus ægrotari potest, non tamen decũbere, primum indiuiduum tẽpus morbi est, in quo morbus est, & per signa ac indicia sensibilia aptum senuri, & antea non erat, nec sentiri aptum, tale est primum (ut astronomice loquar) minutum morbi, ad quod astronomi thema cęlestie constituere solent, eius modi est (ut ita loquar) prima morbi accessio. Emergunt tamen aduersus has ambiguitates. Prima ꝙ recidiua febris est noua, sed an febre prima, an ab ipsa initiũ accipi debeat, ex nostro enuntiato non constat. Secunda utrũ a febre apostesis, an ab apostese ipsa initiũ colligendum. Tertia in apostese costarum utrum ab apostesis initio, an a pure. Quarta de febre partum sequente, utrum a partu ipso, an a primo febris. Quinta de partu ipso a quo initium colligendum. Sexta de ethicæ principio. Vltima de prægnationis initio. hæ sunt quæ ambiguitatem faciunt, ut autem res ista aperiatur, repetẽdum primo, principium morbi esse minutum primum horæ, quo rixa inter humorem ipsum nocuum uirtutemq; emergere incipit. Petẽdũ secundo aduersas ualitũdines

quasdã esse e morbis aliis depẽdẽtes quasdam absolutas. Tertio q̄ quędam toti corpori generales, ut febres, quædam particulares, ut apostesis Tunc prima deletur q̄ recidiua e radice pendens computari solet e radice ipsa, quæ uero absoluta est, e prima sui motus accessione colligenda est. Simili ratione de febre apostesum, ipsa ab apostesis accessione prima obseruanda est. Nã ab illa exoritur, eodem etiam modo si apostesis, ut aduersa ualitudo est, accipiatur eius mali initium, est ipsa ab apostase, si ut conquoquitur (quod exire uocant, e quo exitura) initium est a cõcoctione, de febre partum sequente, fuit apud medicos dissensus. Gale. nam. q̄ a partu ipso docet initium esse assumendum. Alii q̄ partus res naturalis est a febre ipsa, & non a partu initium colligi præcipiunt. Tu uero obseruare debes an febres a partu ipso exoriantur, an e propriis causis seorsum cõtingentibus, qđ iis notis obseruare potes, ut si in secundo siue tertio die a partu, si dolores partus fuerint graues, si mulier debilis ac imbecilla, tunc febres e partu ipso exoriuntur, & ita e partu colligendum initium est, ubi autem contra fit ut q̄ nec tertio die, nec dolores increuerint, nec mulier imbecilla.

Tunc

Tunc e febre ipsa initium erit. Simili ratis one in partu ipso, est enim partus ipsius is nitium quom dolores ingrauescunt. Tūc enim rixa initiat. De ethica discrepant mes dici. Illud autē obseruādum est, ꝙ si ethica ab humorali febre exoritur, initium ab illa colligendū est, ubi uero ethica ipsa ꝓpriis causis incipit, prima pars eius ethicæ initiū est, multa alia tradunt medici, quæ omittā tur. Hæc sunt quæ medici prodeunt de dies bus decretoriis nulla ratione, nullaq; causa moti, sed sola obseruatione, atq; experimē torum uiribus fulciti, quod medici suffice re Auicenna autumat. Nam rerum causas perquirere opus est physici. Gale. autē mes dicorū princeps neq; id sufficere, neq; mes dicis prodesse, nec pulchrum esse concedit. Nos autem dissensus hosce ad tēpus mitti mus. satis enim nobis sit cupientibus esse rei & causam scire, rem hanc isto ordine absoluere, post hęc igitur ad horum causas transigamus.

¶Eiusdem Augustini Nyphi de decre toriorum causis Liber Secundus.

Enuntiatum primum.

Pro

Pro ſcientia decretoriorum neceſſari- um eſt præcognoſcere idiotro- pias. 12. ſignorum, & ſeptē planetarū, necnon eo- rundē configu- ratiōes, ad hæc & uires corū.



Telle (teſte Ariſtotele) a- gunt in nobis moto lumi ne. Secundum uero alios agunt etiam influxibus, idcirco opus eſt præſcire .12. ſignorum idiotropias hoc eſt peculiaritates, uel naturalitates. necnon & .7. planetarum, & quia agūt lumine, quod eſt irradiatio quę- dam, irradiatio uero cōfigurationibus pfi- citur, opus eſt præcognoſcere cōfiguratio- nes, et quoniam agunt influxibus, opus eſt prænotare, quibus membris influant, qui- bus ue noſtri corporis partibus immittāt, omnibus enim ex his ſcientia cauſarum de cretoriorum colligi poterit. Multa alia a- dijci poſſunt, quæ ex aſtronomia ipſa per- quirantur

perquirantur, nos enim breuitati indulgẽtes tantum utilia, & necessaria medico assoluemus. Illud tamen ante omnia petendũ, sit me omnia pro Claudij Ptolęmæi princeptis esse proditurum, hunc enim principem astronomorum facimus nec minorẽ Aristo. illum physicorum deum, hunc astronomorum monarcham.

Enuntiatum secundum.

Saturni stella maiori ex parte infrigidat, minori uero exiccat. Iouis stella tẽperat, aliqua tamen ex parte calefacit. Martis omni ex parte exiccat, exuritq́; suo calore. Solis maiori ex parte calefacit, minori uero exiccat. Veneris tẽperat, aliqua tamẽ ex parte humectat. Mercurij maiori ex parte desiccat, in humore tẽperat. Lunę humectat

Hæc

HÆc sunt quæ Ptolæmæus apoteles-maton libro primo de qualitatibus planetarum prodidit. Sed horum causas inuestigare longe est a medico Sūt præterea stellæ ipsæ causæ primæ, & non ab alijs tales. Quod igitur sol calefaciat, obseruatio docuit, nemo enim dum solis radijs paratur exponiq́;, dubitat rem hāc quod minori ex parte exiccet, argumento patet, ꝙ e nostris corporibus humores ex halare cogit e maribus ipsis dulces aquas exoluit, naturales physici eum calefacere ꝓbant, ꝙ omnium lucidissim⁹ ac maior est. Huius rei exemplar est, ꝙ cœlum animal est e cœlesti corpore, ipsaq́; anima constitutum, eius stellæ partes sunt, cordi quidem similis sol, luna vo cerebro, qua e re ut cor fons est caloris, omniumq́; totius corporis uirium, sic sol omnium stellarum calidior ac pollentior, ut uero cerebrum humidius ac omnium uirium capax, ita luna humidior omnium stellarum uirium materia, est enim ut Aristoteles inquit, terre similis, calefacit igitur sol, humectat uero luna, quod argumento homo deprælienditur, ꝙ ipsa increscente imminuente ue, increscunt, ac imminuunt nostræ humiditates. Quod uero Saturni stella infrigidet.

argumēto

argumento probat Ptolæmæus, ꝙ a sole ipso, & situ, & idiotropia, & natura discre pat, obseruatione uero, ꝙ cum sole confi guratus, uarias qualitates concitat semper tamē frigus. Quod uero Albumasar cōtra Ptolæmæum inducit, puerile est, nec natu ralis sciētię sapiens. Iouem temperare Pto- læmæus autumat argumento, ꝙ situ medi us est inter solem martēq; & saturnum, in cœlestibus uero corporibus, quod situ me dium est, & natura mediare opus est (au- ctore Auerroe) quod Albumasar ignorat Martem exiccare urereq; argumento, ꝙ p- ximus est soli, cuius sphæra exseruet, qua e re et specie idiotropiaq; soli proximus erit. Venerem temperare parumq; humectare argumento ꝙ interiacet soli ac lune, hume ctat uero, ꝙ lunæ simillima quantitate ui- delicet luminis. Mercurium ait exiccare, eo ꝙ nunq̄ e sole magna intercapedine seiun gitur. Humectat autem interdum, quia lu- næ finitimus. Exemplar uero horum est. Nam sol cœli cor, luna cœli cerebrum. Sa- turnus lien, Iupiter semen, Mars testes, Ve- nus iecur, Mercurius fel, idcirco ijs exupe- rant qualitatibus, quibus partes hæ in animalibus excreuerint, e qualitatibus his astronomi sexum planetis ac signis

tribuunt

signis tribuunt, quod poetico more (nam poetę primum cælestia prodidere) conceditur, fœminei sūt, nam humiditas fœminea uis est, ut luna & uenus, qui autem calore exuperant mares, nam calor uirilis uis est, ut sol ac iuppiter & mars, frigus etiam agit, idcirco est saturnus masculinas uires possidens. Mercurius ꝙ siccitatem ac humiditatem pariter operatur, hermaphroditus est planetarum.

Enuntiatum tertium

Calefaciunt ac infrigidāt planetę qnqꝫ Tum pro configurationibus, quæ sui cū sole collocatione formātur. Tum pro figuris, quas in orizonte formāt. Simili ratione & masculinizare ac fœminizare perhibētur.

HAbent planete ad solem, & ad ortū configurationes, quæ quidem ad solē sunt, habitus, a nostris nuncupantur

ut orientalitas, occidẽtalitas, matutinatio, & uespertinatio, quæ uero cum ortu, configurationes nuncupantur. Planetæ igitur quom prçcedẽtes solem orientales uel lucani existunt, frigefaciunt ac masculinescãt argumento ꝙ sunt in dextro solis, dextrũ enim solis supra terra est, & dextrum calidius sinistro, cõtra uero, ubi sequentes occidui fuerint, calefaciunt ac fœmininescũt, argumento ꝙ in sinistro sunt solis, quod cçteris in animalibus frigidius existit. Cœlum præterea quatuor tractibus designat̃, primus uidelicet ab ortu ipso in culmen, hinc oppositus situ est ab occasu in imum ambo hi calidi sunt tractus, primus quidẽ ꝙ dexter ac totius mundi dextro ꝓximus, huic contrarius ꝙ contraria eiusdem sunt generis idiotropiçꝗ. Tertius a culmine ad occasum, huic contrarius ab imo in ortũ. Ambo ĳ frigidi, eo ꝙ prim⁹ in sinistro, ac sinistro mundi constitutus. Secundus ꝙ illi aduersans cõtrariusꝗ, quorum genus est unum. Qua e re planetæ primo in tractu eiusꝗ cõtrario collocati calefaciunt ac masculinizant, cæteris uero frigescunt, ac fœmininescunt. Similí ratione solem ac iouẽ diurnos, dieiꝗ præesse, argumento ꝙ dies noctç est calidior. Venus ꝟo ac luna cõtra

D nocturnæ

nocturnæ noctiq; pollentiores, q̄ humidę.
Mercurius mixtus hermaphroditus uideli-
cet, q̄ naturæ est mixtæ, in oriente diurnus
in occasu nocturnus, ut uero calor diei tem-
peretur, saturnum diarium fecerunt, dieq;
præesse, frigore enim saturni, calor diei cō-
temperatur, contra mars nocti ac noctur-
nus, ut nox ipsa quali ratione sit.

Enuntiatum quartum.

Luna prima e sua corniculatiōe ad di-
uidualitatem sinistram usq; humectat,
indeq; ad plenilunium, calefacit. Inde
ad diuidualitatem dextram, ex-
iccat. Inde ad congressum,
infrigidat. Idem &
similibus confi-
gurationibus cęterorū pla-
netarū cū sole.

σύνοδος

QVom sol lunaq; perfecto zodiaci p-
tiū numero fuerint, coniunguntur,
eorūq; cōfiguratio synodus græce,
latine cōiunctio, quom uero .60. partibus
zodiaci a sole distiterint, conoides græce,
latine cornicularis est, eorūq; configuratio
sinistrum exagonū, latine sextilis appellat.
Quom e sole .90. partib9, gręce dicotomos
latine

latine semiplena aut diuidua est, eorumque configuratio quadrangulum sinistrum. Quom . 100. &. 20 . amphicyrtos hoc est præcumida, siue gibborosa, estque configuratio, eorum triangulū sinistrum. Quom 100. &. 90. plena est, eiusque cōfiguratio, oppositio, seu diametrum, ab oppositione ipsa in coitum usque format, rursus tres configurationes, ut triangulum dum gibborosa est, quadrāgulum, dum diuidua, exagonum, dum cornicularis, uerū primæ sinistre sunt, eo quod post solem eiusque in sinistro. Secundæ uero dextre, quia ante solē. In dextroque solis constituūtur, dextrum namque ante solem oritur, sinistrum uero post. Qua e re luna e prima corniculatione, eque synodo in sinistrum quadrangulum usque mouet aeriam idiotropiam, ueris crasim, sāguinem ac pueritiā, e sinistro hoc triangulo in oppositum usque, ignis idiotropiam, estatis crasim, rubram bilem, iuuentutemque, e plenilunio ipso in dextrum usque quadrangulū. terræ idropia, autumni crasim, atram bilem, senectutem, ab hoc uero in synodum rursus, aquæ idropiam hyemis crasim pituitā, ac decrepitatē. Res aūt hec argumēto cōprobatur, quod luna lumē e sole suscipit, quod

lumen tandiu lunæ ipsi inctescit, quandiu
solis in ea irradiatio increuerit. Hinc in pri
mo quadrãgulo calefacit ac humectat pa-
riter. Irradiationis autem incrementum,
quom in plenilunium processerit, calefacit
materias, inde choleram mouet. Irradiatio
uero dum imminuere incipiet, facit siccita
tem post calorem, & inde melancholiã cõ-
citabit, ultimo e quadrangulo, quom om-
nino imminuat irradiatio, omnino calor
imminutus erit, frigus ue exuperans. inde
pituitam procreabit. Quæ Ptolemæus ad
uertẽs libro. C. enũtiatorũ inquit. Quom
luna est in primo quadrangulo, hoc est ex
quo a solis coniunctione recessit, corporũ
humiditates ad secundum usq; effluunt, in
reliquis autem decrescũt. Hæc & Galenus
in libro quem de criticis inscripsit, appro-
bat. Astipulatur etiam huic quod in humi
dis uidetur corporibus, cancris enim in ip
sis, cerebro uenis, cæterisq; id genus, aptis-
sime excrescentia hæc cognoscitur, crescen
te enim luna, humiditates affluunt, decre-
scente, decrescunt, unde & stipites, ut agri-
colæ aiunt incisi in plenilunio putrescunt
ob humoris plenitudinem. Interlunio uero
minime, cæteris etiam in planetis, idem spe
ctari potest, trib9 quidem in superioribus,
nam

nam dum quadrangulãtur soli humectãt, dum diametrantur, calefaciunt, dum iterũ quadrangulantur exiccant, dum demum concurrunt cum eo, infrigidant. Mercurius uero, ac uenus quom non possunt in tãtum e sole distare, movent quidem humores dum orientales sunt, usqꝫ in primã stationem. calorem e principio retrogradationis, dum prima ascendũt nocte, dũ uero ascendunt nocte prima, in stationem secundam usqꝫ, exiccant, dum rursus dirigunt ac cum sole coiuerint, frigefaciunt, uerum, ijs in stellis ualde eiusmodi exuperationes ac humorꝫ excrescentię, uel decrescẽtiæ latẽt.

Enuntiatum quintum.

Sol cum accedit ad culmen nostrorũ capitum, estqꝫ in medio accessus, facit uer, sanguinẽ mouet, et aerem auget. Dum uero ad culmen nostrorũ peruenerit capitum, æstatem, rubrã bilem, ac ignem, dum rursus conuertitur, quod in medio fit cõuersionis, autumnum, atram bilem, ac terram, dum omnino a

nostrorum capitum apice recesserit, hyemem, pituitã, ac aquã, simili ratione & in diurna cõuersione fit.

EST autem sol in anno dum caput arietis tenet in medio accessus, illinc ad caput cãcri facit uer, sãguinemq; auget, & aerem, dũ in capite cancri est, tunc in apice nostrorum capitum collocatur, illinc ad caput libræ facit æstatem, mouet choleram, & ignem, e capite libræ in caput capricorni decurrens, facit autumnum ac atrã mouet bilem, e capite capricorni in caput arietis peragrans, facit hyemem ac pituitam, hũc quidem motũ per .12. signa sol in anno facit, estq; ab occasu in ortum, sibiq; naturalis, ac proprius. Simili ratione ab ortũ in occasum sol percurrens, motu quidem nõ proprio. Sed firmamenti, facit tẽpora quatuor, anni temporibus finitima. Sol enim ab ortu decurrens in culmen cœli, hoc est ad meridianũ regiõis facit diariũ uer, mouetq; sanguinẽ, e culmine uero ipso in occasũ descẽdẽs, diariã facit æstatẽ, & cholerã cõcitat, ab occasu defluẽs ad imũ, facit autũnũ et atrã bilẽ mouet ab imo, in ortum rursus

assurgẽs, facit

assurgēs, facit hyemē, ac pituitam, qua e re enuntiatum.21.patebit. Nam ut annuis tē poribus mouentur humores a motu solis per.12.signa, in menses pp lunæ cum sole configurationem, ita in diariis temporib9 fiunt hæc quatuor illis finitima.

Enuntiatum sextum.

Iuppiter & Venus beneficæ sunt natura. Saturnus uero & Mars maleficæ. Luna autē & Sol configurationibus sunt nunc beneficæ, nunc maleficæ. Mercurius interdum beneficus, interdum maleficus mixtione.

DVe sunt beneficę q̄litates, calor uidelicet & humor, duę maleficę frig9 & siccitas. Inde iuppiter et uen9 beneficę sūt natura, tū q̄ tēperatæ, tū q̄ iuppiter calid9, uenus humida, hę.n. qualitates, pereatiuę, ac generatiuę sūt. Cōtra Saturnus & Mars maleficę, q̄ Saturn9 frigid9, Mars siccus, sunt aūt hæ, obnoxiæ, ac interfectiuæ. Sol ũo & Luna, quom sint oīum planetarū principes, et benefici et malefici, interdū eē debēt, benefici qdē, dū beneficis irradiaonib9 planetas

planetas illustrant, ut triangula aut exangula radiatione, malefici uero, dum maleficis configurationibus propulsant, ut diametro, coniunctione & quadrangulo. Mercurius autem, quom sit capax utriusque naturæ, beneficus & maleficus sit admixione, dum enim beneficis admiscetur, beneficus prohibetur, dum cũ maleficis, & malefici subibit naturam. Fit autem planetarũ mixtio. Primo quando alter in alterius auctoritate constitutus sit econtraque. Secundo quando sese inspiciũt. Tertio quando corpore iuncti sunt eodem in signo, uel eadẽ in signi parte. Hæc autem in nostro de calamitatũ causis diligentius perquisiuimus hęc generatim de planetis dicta sat, & quoniam planetæ sunt formæ, signa cœli sunt ut materia, consequẽs est, ut de signis transigamus, scientia enim de forma prior est.

Enuntiatum septimum.

Signifer orbis in quo, 12. signa infixa sunt, per quæm planetæ, sol etiã & luna cursus suos dirigũt, obliqua sẽper agitatione torquent.

Zodiacus

Zodiacus græce latine signifer.12. sectionibus ab antiquis sectus est, quę signa nuncupantur, sunt autem his nominibus appellata uidelicet.

Aries.	Taurus.	Gemini.	Cancer.
Leo.	Virgo.	Libra.	Scorpius.
Sagittarius.	Capricornus.	Aquarius.	Piscis.

¶Prima quidem tria Aries Leo Sagittarius calida ac sicca sunt. Secunda uero Taurus Virgo Capricornus frigida sicca Tertia Gemini Libra Aquarius calida humida. Quarta frigida & humida. Sũt igitur quatuor triangularitates eiusdem idiotropię. Prima quidem ignea. Secunda terrea. Tertia aeria. Quarta aquea. Sunt autẽ ultra hæc.12.signa.36. cœlestes imagines. In cœlo ipso stellatæ ac infixæ. In quibus per obseruationem sunt. M.22.stellę. harum.48 imaginum.21.ad septentrionem assurgũt. .15. uero ad meridiem declinant, septentrionales quidem stellas continent.360.meridionales.316. Signũ est tanta zodiaci pars quanta sol.30. diebus hoc est uno mense fere peragrare potest, uel spatium, illud, quod interim dum luna ad congressum redit, sol ipse peragrasset signum dicimus, qua de re non in cõcinne zodiacus.12. in signa sectus est. Primo quod sol.12.mensibus zodiacum per

 currit.

percurrit. Secundo q luna anteq sol zodiacum peragraret, duodecies cum sole congreditur. Signum deinde in triginta partes quae moria grece nuncupantur, nostri gradus, libuit diuidi, nam pars siue gradus tantus est locus (ut dicit Maternus) quantus solis aut lunae orbis in circuitu complectitur uel tantum quantum sol uno die peragrat hinc zodiacus in. 160. partes sectus est, nam triginta in duodenario ducta numero, sũt 360. partes gradum siue partem ad haec in .60. minucias, nam sectio haec (Ptolemeo auctore) aptissima est calculo. Horum praeterea 12. signorum quatuor sunt mobilia, ut Aries Cãcer, Libra Capricornus, argumento q sol dum illa tenet anni tempora permutat, quatuor fixa Taurus, Leo, Scorpius, Aquarius, q sol in eis collocatus anni tempora figit, quatuor coĩa, q sol in eis utrisq temporibus fauet, ut Gemini, Virgo, Sagittarius & Piscis. Initium signorum licet naturaliter nullum sit, ab ariete caput assũpsere, argumẽto q dũ sol eũ tenet, increscit humor, generatio perficit, omnesq res ad bonum surgunt, contra dũ in libra collocatus est, decrescunt res, atq corruptio incipit, desinitq generatio, unde Poeta.

μόρια

Vergilius. Non alios prima crescentis origine mũdi.

Illuxisse

Illuxisse dies, alium ue habuisse tenorem, Crediderim, uer illud arat, uer magnus agebat. Ver adeo frondi nemorum, uer utile syluis. Vere tument terræ & genitalia semina poscunt, hinc ab ariete initium .12. signorum sumpsere. Est ante primũ eiusmodi nõ naturale, nam & si nobis istum mundi sitũ incolẽtibus, hęc sol faciat dum arietẽ percurrit, incolẽtibus uero sub capricorno, & ultra, cõtrariũ facit. Hæc & de signis generatim. Nunc de planetis & de signis quædã coĩa transigamus.

Enuntiatum octauum.

Quinq; sunt stellarũ cõfigurationes, tres maleficæ, ut cõiunctio diametrũ, quadrandulũ, duæ beneficæ, ut triangulũ & sexangulũ,

DE cõfigurationibus nunc dicẽdum potest enim & plactice & particulariter mathematicus loqui de his, plactice quidem. Nam quæcunq; integro signorum numero .12. fecerint, ipsa plactice coniunguntur, a signo ad signum septimũ quod fuerit, hoc est diametrum, quadrãgulum est ab eo signo a quo inchoamus, quartũ, & hæ tres cõfigurationes minaces & malignæ sunt, triangulum est a signo a

quo

quo initiamus, quintum, sexangulum est ab eo signo a quo initiamus tertium, & hæ prosperæ ac fœlices sunt. Rursus de his particulariter dicamus, quæcunq; igitur integro partium numero iuncta .360. fecerunt, ipsa iunguntur, quæ uero .180. partibus disteterint, ipsa diametrantur, nã hæc bis ducta .360. faciunt partes, a parte quadã quæcunq;.60. pars fuerit, ipsa sexangulũ latus demonstrat. Nam si secties .60. miscueris .360. habebis, a parte quauis .120. pars triangulum latus constituit. Nam si .120. triplicaueris. 360. reddũtur a parte quauis quæcunq;.90. fuerit latus quadrangulum componit, nam quadruplicantes .90. complemus .360. Hæc Ptolemeus & M̃rnus de cõfigurationibus tradunt.

Enuntiatum nonum.

Duodecim signa præsunt corporis nostri partibus .12.

CApput attributum est arieti, collum ac ceruix tauro, humeri & bracchia geminis, cancro pectus, latera & stomachus leoni, uenter uirgini, libre renes et uertebrę, scorpio pudẽda, coxe sagittario genua

genua capricorno, crura aquario, piscibus pedes.

Enũutiatum decimum.

Septem planetę pręſunt humoribus, morbis ex ipſis contingẽtibus membris corporiſq;.

Licet ſol & luna generatim oĩbus præſint humoribus, morbiſq; cunctis mẽbris etiam, ſpeciatim Saturnus (auctore Ptolemæo) atræ præeſt bili, melancholicos inde morbos ingenerat. In homine aurem dextram lienem atq; ueſicam tenet. Saturni morbi ſunt oblongi, ut ptiſis reuma, catarrus, tabes, ethica, iliaca, hydropiſis, fluxus, tenaſmus, dolores aurium & id genus, quartana, quintana, ſextana, & huius febres. Nam quom ipſe idiotropia frigidus ſit primo & ſecundo, ſiccus humores concitat tales, ut hæ oblongæ aduerſæ ualitudines ingenerentur. Vnde in homine partes eas tenuerit. Ptolemæꝰ tradit, & bona aſtronomorꝫ diuturnaq; obſeruatio docuit Iuppiter pręeſt ſãguini, ſãguineos ꝑcreat morbos, in homine tactũ, pulmonẽ,

coſtas,

costas, pulsus ac semen habet, peculiares Ioui morbi sunt uẽtosi ac sanguinei ut angina, & apoplexia, hoc est atonitio, cõuulsio, cardiacus morbꝰ, infirmitates pulmonis, costarum, seminis, & id genus. Nam sanguinem & uentum ingenerat, e qbus procreātur morbi. Mars rubræ bili pręest, ex ea morbos mouet, habetq; in homine sinistram aurem, renes, uenas atq; testes, huic morbi proprij sunt, febris assidua perpetuaq;, tertiana, hemitriteos, hoc est semitertiana, incensio quæ causon nuncupatur, pestilẽs febris, dabrosis, rhesinochasmus, mana, gomosis, quę sunt species sanguinei excreatus, ut tradit Celsus in. 4. carcioma, theorioma, ignis sacer, & quem ærisipelam nostri uocant. Plinius & Celsus mentagram, pustulę, carbunculi, tuberculæ podagrę, omnesq; aduersę ualitudines minaces & atroces, & in cute contentæ. Venus præest pituitę, morbos exinde inducit, habetq; in homine odoratum. iecur, et carnem, uenerei morbi sunt, sanguinolenta excremẽta ac profluuia. Mobiles apostases, fistule, stomachi uitia, iocinoris morbi, cordis lãguores. Mercurius nũc huic, nũc illi præest humori, frequenter siccitati, mercuriales

langores

langores sunt, ut rabies seu furia, insania phrenesis, epilepsia, hoc ē morbus comitialis, nimia excreatio, quæq; aduersæ dicunt ualitudines e sicco pendere humore, habet & in homine rationem, loquelam, memoriam, linguam, fel & nares. Sol uero ac Luna quom principes sint, omnibus præsunt humoribus, omnibus membris, atq; morbis omnibus, speciatim tamen, ut designātur proprijs et peculiarib. uiribus. Sol in homine habet uisum, cor, cerebrum, neruos omniaq; partis dextræ. Luna gustum, deglutionem, stomachum, aluum, matricem, & omnia sinistræ partis membra.

Enunciatum undecimum.

Circuitus atræ bilis saturno, rubrę uero marti, pituitæ, mercurio & lunę tribuuntur, sanguinis autem labores, ioui soli & ueneri,

ATra bilis saturno congruit, primo qualitate, nam ut saturnus frigidus est & siccus, ita mesia, propter quod nō indocte qui fusoriā artē callēt, homo est ut uulgo loquar alchimistę, melancholiam saturnū uocāt. Secūdo & motu, nā atra bilis sat tarde ut saturnus, suū motum proficit

Simili

Simili ratione rubra bilis marti, & pp qua litatem, & pp motum, non aliter pituita lunæ & mercurio, nam pituita citissime circuit, ut luna & mercurius, quoniam sol cõtinuo mouetur atq; in uiribus iouis & ueneris, idcirco sanguis continuo & perpetuo ingrauescit. Quod igit atra bilis omni quarto accedat, nõ est nisi q saturno tardissimo conuenit, pituita quottidie, q lunę citime subditur, rubra bilis omni tertio, q marti subiacet mediocri, sanguis ppetuo q soli, ioui & ueneri, quorum uires perpetuæ & continuo sunt, quod itaq; enuntiato .20. traditum est, ex hisce patet. Picus uir grauissimus libro cõfutationum astronomorum contra hæc obijcit, primo q atra bilis singulis quaternis deberet perpetuo motum agere ut saturnus. Ad hęc motus saturni, ad atræ bilis circuitum accessionem q; nulla ratio, nullaq; proportio adest. Nam dum saturnus repedat, atra bilis nõ repedat, dum ille properat, hęc non properat, dum ille statiarius est, hęc non stat. Rursum iuppiter & uenus nunc stant, nunc repedant, nunc properant, sanguis uno & perpetuo modo affligit, ad hæc motus humorum sunt irregulares, difformes, atq; incompositi, planetarum motus cõtra sunt

regulares,

regulares, demum planetæ causæ sunt generales, nisi igitur speciales adsint causæ humores non magis nunc quam antea motum cierent. Alia multa inducit Picus, quæ omittam, quod leuia ac friuola sint. Sed hæc friuola sunt, prima quidem quod saturnus cæterique planetę sunt generales humorum motuum causæ. Sed adsunt multæ accidentes causæ exteræ & intimæ, quas Petrus apponensis congregat, quibus circuitus ad genus hoc motus designatur. Secunda etiam infirmatur, quod inter eos est proportio, ac ratio conuenientiæ in qualitate & in genere motus, quod sat est cum alijs concurrentibus, Tertia demitur, quia sol continuo & perpetuo mouetur instar sanguinis, suntque solis ueneris & iouis uires perpetuo colligatæ. Quarta aufertur quod humores naturaliter regulariterque mouentur, ex accidentibus uero irregulariter. Planetæ semper uno mouentur modo, quod sunt supra materia. Vltima simili ratione refellitur, quod planetę ut ars generatim concurrunt, speciatim adsunt membra, naturalis calor, particulares constellificationes, uires ex genituris contractæ, cęteræ quam conditiones, quas astronomi scribunt. Hæc de circuitibus assessionibus ac eorum causis.

E Enuntiatum

Enuntiatum decimūſecundum.

Morbi qui per dies cōputantur, peragratione lunæ per duodecim ſigna euariantur, qui per menſes, peragratione ſolis, qui p̱ annos, peragratiōe cæterorum planetarū.

MOrbi (qui p̱ dies dinumerant̄) non ſūt e principio ad finē ęq̄les, interdū enim et ſi pernitioſi, ac graues, circa dolores & labores euariāt, nūc enim moleſtāt, nūc miteſcunt, nūc lenes, nūc graues ſiūt. Luna uero cū ſit cæterorū citima, ſitq; cū ſole, diuerſas craſes colligens, nimirū ꝙ morbi hiſce, lunæ peragrationē ac afflictionē ſectentur. Simili rōne qui ultra mēſem progrediunt̄, nō ſunt ęquales, nec uno dolorū genere affligētes, qui quom ſint tardiores ac lōgiores. Soli qui luna tardior eſt, aſcribunt̄, eorūq; ingraueſcētię ac labores p̱ conſtōne ſolis, ac eiuſdē affectiōibus ſunt colligēdi, nō aľr, qui ultra annū p̱ducunt̄. Sunt.n. inęquales, nūc graues & laborioſi nūc lenes & placabiles, qui cū lōgi & chronici ſint, lōgis et chronicis ſtellis dantur, ut ſaturno,

saturno, ioui, marti, cæterisq; consortibus. Qua e re Ptolemæus ac cæteri astronomi sapide ac laute, sentiunt, quom dicant talẽ esse diariorũ morborũ ꝓcessum, qualis lunæ est in signis cæterisq; cũ planetis status, talem menstruoꝝ ordinẽ, ac cursũ, quales sũt solis cũ signis cęterisq; cũ planetis affectiones, talẽ etiam annuoꝝ ingrauescentiã quales cęteroꝝ planetarũ inter se, et cũ aliȷs cõstitutiones, inde his bonus, illis malus indicet finis, itẽq; bonũ illis initiũ, his malum. Rursus medius cursus, his pacabilis, illis minax, ac laboriosus.

Enuntiatũ decimumtertiũ.

Vt a sole annus, a luna mensis fit.

PEragratio lune. 12. per signa, lunarem mensem constituit. Solis uero per. 12. signa cursus annum. Est autem apud Ptolemæum duplex mensis tantum, lunaris uidelicet & solaris. Lunaris est diebus. 28 horis duabus, minutiȷs circiter. 18. fit, tãto enim tempore. 12 peragrat signa, unde et mensis conuersionis nuncupatur, ꝙ luna in toto signifero conuertitur. Solaris

uero est quo sol metitur .12.. signorũ unũ præcise, idcirco Ptolemæus inquit, quidã autem a peragrationis solis iudicãt, quom particulariter exequatus est gradui ac minuto, quod initio obtinebat, sol igitur a capite arietis cõmotus, mensẽ perficit, cum in caput deuenerit tauri. A sole igitur annus est, a sole, solaris mensis ab eodemq; dies, q motus est, quo trigesimam partem signi unius pagrat. Annus nõ una ratione ab antiquis habetur. Nam Romæ quidẽ primũ .10. fuit mensibus, post. 12. (Numa Pompilio auctore) nec tunc bene cõstabat, donec Iulius cæsar eum probe cõstituit, unde Iulianus annus dictus est, cuius menses ita quidem distribuit, ut alios e pluribus, alios e paucioribus diebus statueret, adiecta post quadriennium die una, quare bene Ptolemæus inquit, menses lunares prope .13. solari anno continentur, nam si dies. 365. indices. 28. horasq; duas et minutas .18. ter decies partiare, relinquitur fere intentum. Gale. autem medicus quadrifariam mensẽ, diuidit, unum uidelicet pœnes illuminationũ euariationẽ. Alium pœnes cum sole configurationes. Alium pœnes .12. signorum peragrationem. Quartum ex illuminationum euariatione, ac cũ sole cõfiguratione

mensem

mensem medicinalem componit. Luna. n. ut inquit tres euariationes sortitur, unam uidelicet qua ex solis radijs occultatur usq; in secūdam occultationem. E prima enim occultatione in secundam usq; tēpus, mensis est luminarius, quo & uulgares utūtur, solet autem esse his e spatio. 26. dierum, horarumq; circiter. 12 habet uero luna hoc in mense septem luminis euariationes. Prima qua conoides, hoc est cornicularis, Secunda qua dichotoma, hoc est diuidua et semiplena. Tertia amphicyrtica hoc est prętumida siue gibborosa Quarta qua diametra hoc est plena & opposita fit

Hinc ad occultationem tres aliæ sūt luminum euariationes, ut gibborositas, diuidualitas, ac corniculatio, luna isto mēse penes hasce luminis euariatiões agit in nobis cōmuni quadam sibi & soli uirtute uidelicet lumine. Est enim lumen uirtus lunæ & soli cōmunis, qua e re laute agunt medici nostra tempestate, qui in pharmacis ægrotis exhibendis obseruant plenilunium & occultationē, uterq;. n. dies minax pharmationib9 & auxilijs p̄bendis, pleniluniū q dem, q luna tūc nr̄a corpa sūme calefacit, sūmeq; humores increscit, uñ & argumēto nobis est, noctes ĩ plenilunio eē calidiores,

 &

& qm̃ calor e cẽtro ipso ad circũferẽtiã tra-
hit, inde humores oẽs ad corpis ambitꝰ cõ
tinebunt. pharmacon cõtra, e circũferentia
ipsa ad centrũ, hinc tps illud euitãdũ est, ne
cõtrarios motꝰ medicꝰ pcipiat, e qbus uir-
tus ipsa posset sũmopere lędi, quo in tpe sã-
guis extractio nõ eẽt ita euitãda, quom cõ
trariũ motũ nõ habeat, nisi pp agitationes
duas euitet. Tẽpus pterea dũ luna latet, e-
uitãdũ est, nã tũc luna, cũ lumie oio careat,
ualde exiccat nr̃a corpa & hũores, hinc eo
tpe retẽtiua potẽtia increuit, quę exiccatiõe
cõtinet, posset igit pharmacõ agitare mo-
uereq; corpis humores, illosq; nõ educere
ob retẽtiue inobediẽtiam, igit tps illud erit
euitãdũ. Hęc apud antiqs medicos nõ mul
tũ obseruata sũt, nec recẽtiores, ut Auicen.
Rhases et alij obseruari iubẽt, post hũc, mẽ-
sis est cõiunctionarius, quẽ indocti lunati-
onẽ uocãt, & hũc obseruãt naucleri & la-
boratores, & id genꝰ. Soletq; mẽsis iste. 29.
dierꝝ horarũ circiter. 12. spatio mẽsurari, ha
bet ꝟo luna hoc in mẽse cõfigurationes. 8.
coniunctionẽ, sinistrũ exagonũ, hoc est sex
angulũ, sinistrũ tetragonũ, hoc est quadrã
gulũ sinistrũ, trigonũ hoc est triangulũ, dia
metrũ hoc est oppositionẽ. Itẽq; trigonum
dextrũ, quadrangulũ dextrũ, & exagonũ
dextrum,

dextrũ,mẽsis uero tertiꝰ est pagrarius quo uidelicet ex designato signo cœli,designatàq; pte,hoc est gradu peragrãdo.12 signa redit ad idẽ signũ,eandẽq; signi partẽ,uerbi causa e capite arietis,in caput arietis hũc Gale.facit 27.dierꝫ horarũ circiter . 8.licet alr Ptolemæus,q̃.nihil ad rẽ,hoc in mense luna habet.16.euariatiões,quas Ptolemæꝰ obseruauit,est prima,dũ luna i psa uenerit in partẽ.22.& mediã,e prima in q̃ designabat Hãc.n.in parte.22.et media,e prima distãte Ptolemęꝰ principiũ totiũ figurę angulũ cõstituit. Scdã in pte a prima.45.hac.n. in parte scdm collocat angulũ Ptolemęus Tertia ĩ pte a prima.67.& media,in q̃ &.3. angulũ facit.Quarta in pte e prima 90.in q̃ & 4.ponit angulũ p̃no uidelicet sinistrũ tetragonũ.Quĩta in pte e prima.112.& media in q̃ qntũ angulũ locat. Sexta in pte e prima.135.in q̃ sextũ angulũ iubet. Septima ĩ pte e prima.157.et media in q̃ septimũ angulũ obseruat.Octa.in pte e prima.180 in q̃ octauum angulũ p̃no diametrũ facit. Nona ĩ pte e prima.202 et media in q̃ nonũ collocat angulũ.Decima in pte e prima .225 in q̃ decimũ angulũ limitat. Vndecia in pte e prima.247.& media,ubi et undecimum angulum designat. Duodecima in parte e prima.270 . ubi & duodecimum

facit angulũ eidẽ primo dextrũ quadrãgu lũ. Decimatertia in pte e prima.292. cũ dimidia, ubi decimũtertiũ angulũ inscribit. Decima q̃rta in pte e prima.315.ubi et decimũquartũ facit ãgulũ. Decimaqnta in pte e prima.332.cũ dimidia in qua & decimũquintũ imponit angulũ. Finis uero in.360 parte,ubi peragratio desinit, est decimussextus angulus,cuius exemplũ est.

Exemplum.

14. 292. 13. 245. 11. 225.
1 1
2 2 10.
315. 270.
15. 12.angulus dexter 1
332. quadrangulus. 2
1 9.
2

Figura.16.angulorum.
peragrationis lunæ.

Initiũ angul9.16. 8.angul9 dia-
& finis. 360.partes meter.180.
primus angulus 7.1.
22. 7 4.angulus similiter 150. 2
2 quadrangulus. 7.
2.ang. 100 35.
45. 1 1
3.ang. 67. 2 qntus 112. 2 6.

Sunt

SVnt in hac figura latera.16.quorum unumquodque .22. gradibus minutisque .30.constat,q numerus quater ductus, quartam cœli partem implet, hoc est .19. partes,quæ ratio docet gradus duos & uiginti cũ dimidiato gradu, sexdecies multiplicatos tercentos sexaginta gradus completi,quot gradus,totus cœli ambitus est, in hisce angulis luna .16. euariationis non tãtum in morbis ipsis,sed omni in re ingenerat. Simili ratione, sol dum in anno.12. signa peragrat hos.16. angulos constituit, quibus mutationes nobis enormes iniungit. Cæteri etiam planetæ suos peragrãdo circulos etiam figuram hãc.12.laterum inscribunt,quibus in locis mire nobis publicantur alterationes.Hæc de mense peragrario. Vltra hosce Gal.adinuenit mensem, in quo medici ipsi in accessionibus ac circuitibus morborum,ipsisque pharmacis exhibendis,enumeratione criticorum,prędictionibus,ac uictibus administrãdis uti solent, ob quod medicinalis appellatus est, hunc ex illuminario peragrarioque mensibus,ædit hunc, uidelicet in modum,ut uterque mensis congregetur, eritque numerus excrescens dierum.53.horarumque.20.eiusmodi ulterius congregatum dimidiat,ita

E 5 ut pro

ut pro unoquoq; dimidio numerus erit dierum.26.horarumq;.22. hūc dierum numerum facit medicinalem mensem, qui illuminario horas addit.10. posset doctus mathematicus ex hoc annum (si placuerit) componere, huic patet hebdomadam esse ex diebus.6.horisq; circiter.17. diē uero ex.23.circiter horis. Mouetur autem Gale. primo q Hipp. uigesimum fecit naturaliter decretorium. Archigenes.21.ut igitῖ hos summos medicinæ obseruatores conciliarēt, e die ipso horam unam circiter sustulit, & inde hebdomadam ędit, e qua & mensē sic, namq; abijciendo e die ipso horam, uterq; suis dinumerationibus uerum autumant. Secundo q luna humoribus ipsis portendit, uiribus duplicibus, utpote cōmunibus, sibi & soli, hoc est per lumen, q cōmune utriq; est. & uiribus etiam ꝓprijs hoc est, per hoc q ipsa suum peragrando circulum dum ipsa.12.angulos (quos diximus) format, miras emittit nobis alterationes, hinc mensis utriusq; particeps esse debet. Quot dies hoc in mēse sint decretorij, quot indiciarij, quot ue prouocatorij, doctus medicus facile colligere potest. Hæc sunt quæ Gale. de mensibus tradit.

Enuntiatum decimumquartū.

Luna

Luna.360.signiferi partes peragrans.
16. in eis format angulos, in q:
bus uires polẽtissimas ex:
ercet. Idẽ sol ceteriq;
planetę suis per
agratio:
nibus agũt.

SAturnus orbẽ suũ annis.30. peragrat, Iuppiter annis.12.mars duob9,sol diebus.365.horis circiter.6.uenus & mercurius circiter tot, luna.27.diebus,horis.8. qlibet aũt horũ suis (ut diximus)in pagrationibus.12.latera describit, quorũ unumqdq; est ex partib9 (ut diximus) .22.minutijs.30,q nũerus sexdecies duct9.360.partes reddit,luna igit dũ est i parte a prima.180. est in pte primę diametra,siue opposita,id circo illa i pte cõstituta,uires hz qles diametrũ exerceret,exercet autẽ uires fauorabiles atq; bñficas,si bõis affectionib9 erit cõstituta,maleficas vo ubi afflictionib9 erit lacessita,luna itẽ in pte a prima.90.i pte primæ est q̃drãgula sinistra,idcirco ibi cõstituta,uires exercet q̃les quadrãgulũ,et has quidẽ p cõstitutione, ac eius affectionibus afflictionibus ue, luna in pte.45.e prima collocata
uires

uires exercet semitetragonas, nam. 45. partes sunt quadranguli dimidium. ubi ꝓ affectionibus ac constõnibus uires beneficas maleficas ue exercere perhibet̃, luna in parte e prima. zz. & dimidia, uires exercet adhuc dimidiatas semitetragonas, nã. zz. & minutie. 30. sunt dimidium semitetragoni, ubi simili ratione ꝓ affectione afflictione ue uires nobis immittit. Simili ratione cæteris in angulis colligi potest, pro ratione enim configurationũ proq; affectionibus, ac cõstitutionibus ipsius, uires exercet interdum beneficas, interdum maleficas, non aliter cæteri planetæ suis in peragrationibꝰ uires exercet, licet illi tardius, luna cælerius rem hanc agant.

Enuntiatum decimũquintum.

Virtus corporis regitiua, & luna morbis ipsis per dies enumeratis, sunt primæ efficiariæ bonę crisis causæ, humoris prouocatio, & lunę constitutio per signa, instrumentarię, cõtra uero malæ crisis, primæ efficiariæ causæ sunt, humor prouocans, ac lunę cõstitutio, luna uero & uirtus instrumẽtariæ.

Ipsa

IPsa in ægrotatione pugnabat uirtus cũ humore, inde cum uirtus superauerat, crisis erat bona, ac ægroto iocunda, ubi contra, humor nocuus, exuperabat crisis pernitiosa, ac minax erat, igitur nec uirtus sola esse potest salutiferæ crisis causa, nam semper salutifera, nec cõtra humor minax solus, nam semper crisis esset exitiosa, siquidem uirtus seruare, humor pernecare ꝑtentant. Qua e re nec ambo causæ erũt simul atq; effectrices, æquis enim e iuribus nulla exoritur actio, ut physici testantur, igitur opus est ut uirtus alterius egeat auxilio, hoc sapientes lunam ipsam coniectarunt. Primo ꝙ cæterorũ citima. Secundo ꝙ nobis proxima. Tertio ꝙ humiditatum motrix ac cõcitatrix. Quarto ꝙ plus aliĳs morbis ipsis per diem enumeratis conuenit, qua e re bene & sapide Gale. uirtutem ipsam & lunam causas primas & præcipue effectrices autumat bonæ & salutiferæ crisis, sunt aut ẽ hę uel ꝑticulares causæ unã integrã constituẽtes, uel subministræ, quod medicis sat est, & cum sola uirtus ipsa, solaq; luna neq; ambę sufficiunt, sunt namq; causę nimis generales, generatimq; effectrices. Nam semper luna, semper uirtus adsunt, non tamẽ semper crisis, nec salutifera semꝑ

idcirco

idcirco pernecessariæ sunt duæ aliæ instru mentariæ, ac (ut ita loquar) siue qua non, uidelicet humor prouocans, & cœlestis lunæ benefica constitutio, nisi enim humor prouocaret, uirtus prælium non adiret, nisiq; luna bona ac benefica cõstitutione collocata esset, qua ipsi uirtuti faueat. Crisis non esset salutifera, salutiferæ igit crisis duę præcipue, & primæ effectrices causæ sunt, uirtus ipsa, ac luna ipsa, duę uero instrumẽtariæ, benefica lunæ constitutio, & humor prouocans. His enim e quatuor, crisis salutifera interdum tota, interdum ptialis exoritur, exitiosæ uero crisis quatuor rursus sunt causę, (ut diximus) duæ primæ ac pcipue efficiariæ, ut humor prouocans, & malefica cœlestis lunæ constitutio, non tamen solæ hæ, nam non semper ex his solis mors & exitium exoritur, idcirco instrumentariæ sunt duæ uirtutis ipsius, imbecillitas, & luna ipsa, luna quidem generalis, sine qua nihil fieret, ĩbecillitas uirtutis specialis, hisce namq; e quatuor exitium seu pnitiosa exoritur crisis, uel tota uel in parte. Quid autem sit ista benefica cœlestis lunæ cõstitutio, quid ue malefica, quidã medici rerum cœlestium ignari, dixerũt esse signi aduersã uel cõuenientẽ morbis idiotropiã

uerbi

uerbi causa, sic morbꝰ cholericus luna te-
nēte arietem, quom aries signum sit chole-
ricū calidum uidelicet & sicccū, fauet mor
bo cholerico, aduersatur tamē uirtuti. Cō-
tra quom luna peruenerit in cancrum, nā
tunc aduersatur morbo ex signis idiotro-
pia, ꝙ cancer frigidus est & humidus, sed
uirtuti cōfert, sed pace hoꝝ hęc puerilia sūt.
Primo ꝙ si luna tenente arietē pituitosus
inuaserit nos morbus, semper faueret tūc
uirtuti, & dum in cancro esset faueret mor-
bo, huius contrarium docet obseruatio, nā
sæpicule crisis salutifera facta est, ubi nulla
est cum signo conuenientia, nec uirtutis,
nec morbi. Secundo non semper luna de-
currente per frigida signa ac humida, aer
mutatur ad frigidum humidumq;, nisi &
alij planetæ conuenerīt. Qua e re est animi
aduersione dignum, ꝙ benefica cœlestis
lunæ constitutio semper uiribus occultis
uirtuti fauet, mutat enim aerem ad bene-
ficas occultasq; qualitates, e quibus uirtus
pollet, ac exuperantior fit. Malefica uero
cōstitutio aerē mutat ad maleficas uires, e
qbus ipsa uirtꝰ elidit̄, prosternit̄ ac dirimit̄,
nec bn̄fica. Hęc cōstitutio ꝓdest, ꝙ calida si
ue frigida siue queuis talis, nec illa malefica
hoc

hoc stat q̄ sicca & humida aut talis, sed po-
tius prosunt aut pernecāt, q̄ hę ac ipsę, Est
autem lunæ cœlestis benefica constitutio,
bene se cum planetis habere, bonis in locis
bonis in finibus, cęterisq; beneficis affectio
nibus, ut posterius aperiemus, malefica cō-
tra est, quando luna malis in signis, mal'cū
planetis, malis in finibus, & cęteris id gen-
us collocata sit, quę sint hę, bonæ, malæue
affectiones, suo loco aperietur.

Enuntiatnm decimū sextum

Menstruę crises a sole, annuę ue a cęte
ris planetis, ut diarię a luna fiunt.

Vt in morbis diarijs salutiferę crisis du-
ę erant primæ & effectrices causæ, ut
luna, ut uirtus, duæ & instrumētarię
benefica lunæ cœlestis constitutio, & hūor
prouocans, exitiose uero crisis, primæ cau-
sæ effectrices, humor prouocans, & male-
fica lunæ constitutio, duæ instrumentariæ,
imbecillitas & luna, ita & in morbis, men-
sibus enumeratis, causæ primæ effectrices
salutiferæ crisis sunt uirtus & sol, instru-
mentariæ autem, humor prouocans, & so-
lis benefica constitutio, exitiosæ uero cō-
tra ut diximꝰ, itēq; & in cęteris morbis qui
annis

annis mensurantur de planetis aliis autumandũ, solum his & illis hoc interest, quod ibi luna, hic sol, uel cęteri planetę obseruant.

Enuntiatum decimumseptimũ.

Lunę peragratio in angulis figurę. 16. laterum in morbis diariis, causa est criticorum prouocatoriorũ & indiciariorũ, solis uero in mẽstruis, cæterorum planetarum, in annuis.

FIguram. 16. laterum (ut diximus) ita cõstituas, ut e singulis. 22. partibus minutiisque. 30. unum latus efficies, qui uidelicet numerus quater ductus, quartam cœli partem implet hoc est partes. 90. quæ ratio docet gradus duos, &. 20. cum dimidiato gradu sexdecies multiplicatos, trecẽtos & sexaginta gradus complecti, quot graduum totus cœli ambitus est. Hæc igitur . 16. latera e singulis duobus &. 20. gradibus

F minutiisque

minutiisq; .30. cõstituta, figuram .16 laterũ faciunt, qua constituta & laterum angulis probe cõsideratis, nõ modo qui decretorii uocant, sed inditiarii, & prouocatorii omnibus in morbis habebunt. Nam (ut diximus) luna nostris corporib9 ob insitas. 5. sibi uires ac potestates, ipsos corporũ humores excitat, ac pro arbitrio moderatur, quo circa locus eius ubi ægrotare quouis cæperit diligenter inspiciendus est, locus iste huic aduersus & utriusq; medius a dextra et sinistra, quom enim tria hęc loca quẽ locum ægritudinis hora luna tenebat, ad uersis & ut gręci dicunt diametris, ac quadrãgulis radiis hostiliter feriant, ubi unumquẽq; locorum eorum luna transierit, necesse est, ut morbus ille, maiorem q̃ in aliis diebus cõmotionem faciat, propter aduersãtiũ locorum naturam, ad quæ luna peruenerit. Quo fit, ut peragratio lunę per hosce angulos sit causa criticæ commotionis, indiciariæ pręliambulationis et ꝓuocationis.



Exemplum

Exemplum figuræ.

Dies.21. Dies 17.

di.24. aq̃.7.1 di.23. lag.22.1 di.19.
2 2

ſcõ. 30.

aq̃.30.
dies z5. Capri.15 ſcor. 7. 1
piſcis.zz. 1 z
z dies.z5.

Figura.z6.laterum
dierumq; criticoꝝ.

Initiũ primus dies lib.15. dies.14.
& finis. 27.arietis
partes.15.

dies.3. uirg. 22. 1
tau. 6. 1 cãcri.15. dies.13. 2
2 leonis. 30.
di.4.

1 7
tau.30.di.5. ge.22. z dies.9. leo.7.2

Dies.6. Dies.11.

Vt diximus in lunæ peragratione in diariis morbis, ita in mēstruis, peragratiōe solis & annuis peragratione cæterorū planetarum, potest. n. omni imperagratiōe figura hęc. 16. laterū describi, uires angulorū & ptātes unde sint, & ꝑpter quid, & quantæ enūtiato diximus. 14.

Enuntiatum decimūoctauum.

